

aliquis quidnam illud extiterit: cur maiores eum locum ignorari maluerint: neq; sepulcro aliquo specioso splendidoq; recodi. Sane eiusce rei plures afferri solent rationes: ut de re antiquissima: Quam necesse sit coniecturis potius assequi: q̄ scripturis. Harum illa mihi uidetur ceteris preferenda. Quo uidelicet depositum illud: omni thesauro preciosius: tutius fideli usq; ab omni iniuria seruaretur. Nam quum ea ratione has reliquias maximo cum periculo atq; letitia: accepissent: ut apud eos. Seculis omnibus es- sent futuræ: cui nam mirum uideri debet: si eo loco sitas esse uoluerunt: unde nulla uis: aut ingenium: non ignis: non ferrum posset cruere. Nempe ex ignoto loco tollere furtum potest nemo. Ex quocunq; cognito ac perspecto tolli potest. Nulle sunt custodiæ: quas aurum nō labefactet: ut neq; turres: nec arces ab auri machina sint tutæ: piculum quotidie facimus & uidemus. Dederant ipsi paulo ante testimonium: Qui hunc ipsum sanctum e sepulchro alexandrino corruptis custodibus: abstulissent. Cur non igitur idem quoq; ueneti domi suæ fieri posse dubitarent? Sic uertente conditione rerū humanarum: ut quod alicubi accidit: ubiq; possit accidere. Vidimus etate nostra furtum illud famosissimum stāmatii cretensis: Quo nullum unq; in toto orbe maius: preciosius ue per petratum est: Quum ex sancti Marci sa- crario: perforatis ecclesiæ parietibus euulsi scq; marmoribus gemmas omnes & uasa queq; preciosissima quinq; continuatis noctibus: domum suam af- portauit. Dumq; furto incubat atq; heret cogitabundus quid consilii capi- at: captus ipse est cū omni gaza & in sequenti luce in crucem sublatus. Vide- rat semel locum ingressus una cum familia principis cuiusdam: cui thesaui ostendebantur. Singula notauit. Aggressusq; est quod uix ullum ingeniuum excogitare potuisset. Id profecto non esset ausus: si locum omnem: & quæ circa essent non uidisset: resq; ibi quas abstulit oculis non notauisse. Maxima reliquiarum pars quæ in hac urbe uisuntur per eundem fere mo- dum sunt delatae. Itaq; uerum illud est qd uulgo dicitur. Quæ procul ab- sunt ab oculis: absunt procul a corde. Causa igitur cur ignorari maluerunt tribuni non potest nisi. Euangelistæ caritati quemadmodum accidere uide- mus in preciosissimis quibusq;: ut maxime abscondamus quæ magnopere diligimus. Legi senatus consultum admodum peruetustum: Quo maio- rum diligentia narratur in sanctorum corporibus in hāc urbem deferendis prohibet autem magnis adiunctis penis ne eorum sepulchra aperiantur. Sed diligentissime ferreis repagulis obstruantur. Qd si ea fuere maiores nostri diligentia in aliis sanctorum reliquiis: Quāto uerissimilius est qcūq; excogitari potuerūt in proprii patroni salutē & tutamē adhibita? cā nobis est expedita generalior quidem: & quę ad omnia fortuita cauēda referatur.